



ENNODIUS LACONIO

Diu est quodammodo meus illa quae solebat releuari expec-
tatione torquetur. In longum traxistis silentia. silentia
nulla necessitate compulsi. non sui huius imitator negligentiae
ut neque ego scripta prorogarem sed ad dies conticui. super uen-
turi spe inlusus alloqui nunc tam uicit deliberationem meam lam-
matura amplitudinis uestrae taciturnitas debet euelli silen-
tium. quod duriter in quadam radice conualuit geminis ergo
prospiciunt scripta. nos propt fugaces tuos uenientem com-
mendo & desideriorum bona non differo. ergo uale mi domine
& pro uoto tuo circa megeri. prospera cognoscens paribus me
adcelerare sermonibus quatenus & perlator debeneficio
gaudeat & ego sub leuiter de responsio.

STEFANO EPŌ ENNODIUS

Postquam meritis uestris dignitas restituta est & honor
quem exegit uita conlatus nulla beatitudinis uestrae pro
peccatis meis scripta suscepi. aliena est a proposito uel amo-
ribus uestris circa supplices que in me seruat obliuio. teme-
ritate meam pontificalis non accusat auctoritas. uix est ut di-
ligentia quid iuris possit habere respiciat. numquam se metitur
quem stimulat caritatis imperium. addeatur quod perlatori
presentium obuias manus adhibere non potui nisi ut benedictum
hominem galliarum pro certis negotiis expectentem ad coronae
uestrae notitiam me perducerem sermonis officio quem tota
humilitate commendans rogo ut per eum uicarius releuari possit
alloquens. Domine mi salutationis seruitutem tota deuoti-
one persoluens spero principe loco ut precum uestrarum
serenitas meae quoque mentionem non omittat facere. cum
diuinitati subplicat sine intermissione personae.

ENNODIUS EPŌ EULALIO

Ad quantum me fastigium perduxerit donum spiritualis
alloqui angustiam testaretur si sermone ualeret
ambiri. ad quod enarrandum idonea non est mentis exilitas.